

tus est nec sibi deerit. Deus eum custodiat.  
Eidem commendo te, conjugem & liberos,  
quos ubi omnes meos hospites in visero,  
audiam preces pias recitantes. Iterum  
Vale Basilea 11. Junii 1589.

## EPIS TOLA LIX.

**S**i carissime D. Compater, et si mihi per-  
suadeo de tuo candore, non serio te de-  
menuper, in causa Scherbii questum, quasi  
non admodum memor sum vestri: & quæ ad  
rationes, quas illi objeceram jussus, sive abs-  
te sive ab alio, ita responsa fuere, ut (præser-  
tim in odiosa collatione) mens non ita fuerit  
nec sit comparata: Tibi tamen & Amico &  
Compatri hæc perpendenda proponere ne-  
cessæ habeo. Anne tibi is ἐλαφρία uti vi-  
deatur, qui superiore tempore amore vestri  
ductus, hortator fuit Scherbio, ut ad vos  
quam primum accederet: qui superiore an-  
no Heydelbergam vocatum rogavit, ut in  
statu apud vos perseveraret: nunc tandem  
in publico luctu hujus scholæ assentiatur iis,  
qui huc revocandum ducunt, moti iis ratio-  
nibus, quæ tibi notæ sunt, & quarum illa de  
Zwingeri judicio, vobis non potest dūmīos  
videri.